



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita Abbatis Leontij Cilicis. Capvt LXI.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

iunijs. ac vigilijs vacabat iugiter, multasq; faciebat eleemosynas. Sed bonorū omniū semper invidus diabolus, tantas in virgine virtutes non ferens, contra illam pulverem excitavit. Immisit enim adolescenti cuidā turpem de illa, diaboli etiamq; cupidinem. Manebat autem extra limen eius adolescens. Cū ergo virgo illa domo sua vellet egredi, atq; ad Ecclesiam<sup>2</sup> orationis gratia concurrere, ingerebat se illius oculis improbus & impurus adolescens, nec illam egredi sinebat, amatoria quaedam verba procacibus nutibus, illi insidians: ad id ut iam prae nimia molestia adolescentis cogeretur virgo domo sua nusquam progredi. Die igitur quadam misit ancillā suam virgo ad illum ut ei diceret: Veni, vocat te domina mea. Abijt ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens. Sanctimonialis verò sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti ait: Sed. Cumq; sedisset: Dic oro te frater, inquit illa cur ita mihi molestus es, nec permittis me domo mea egredi: Respondit adolescens. Verè, domina, et multum amo, & quando te inspicio, totus in tua concupiscentiam inflammor. Quæ ait ad illum: Quid nam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me. Ait adolescens: Oculos tuos: ipsi enim seduxerunt me. Virgo verò ut audiit, quia oculi eius illum, seduxissent, sumpto gladio mox occurrerit. Hoc autem cum vidisset adolescens, evulso se scilicet sibi Virginem oculos, compunctus corde abiit in Scythiam, ibiq; seculo renuncians, effectus est probatissimus monachus.

<sup>1</sup> Vide sanctimonialium feminarum exercitia, ieiunia, vigilijs, & eleemosynas.

<sup>2</sup> Ecce quòd etiam Orationis gratia, ob idque precipuè Ecclesias adimus.

**D**icebant quidam patrum de abbate Leontio Cilice quod in obsequio Domine nostrae S. Dei genitricis fuerit feruentissimus, ac per XL. annos nunquam de illius templo recesserit. Erat autem semper mirae grauitatis, & sibi iugiter intendens.

**D**icebant & hoc de illo quod si vidisset pauperem venientem ad se, siquidem ille esset caecus, per manum illi porrigebat elemosynam, si autem videns, ponebat ante illum, aut in columnae basi, aut in scamno, aut in sanctuarii gradibus, atque inde illam tollebat pauper. Interrogatus autem a senes: Quare, pater, per manus non das elemosynas? respondit: Ignosce mihi, pater: neque enim ego sum qui illam praebco, sed 2 Domina mea S. Dei genitrix, quae & me, & illos nutrit.

*Nota in, qui dicit antiquos monachos pyrouagos fuisse, et non vos cella perpetua 2 Si S. Dei Genitrix seruietes sibi, et pauperes nutrit, viuit etiam post corporis mortem.*

Vita Abbatis Stephani monasterij Aeliotarum Presb.

## CAPVT LXII.

**N**arrauit nobis vnus, ex senibus de Abbate Stephano presbytero monasterij Aeliotarum, quod cum sederet in cella sua, immisit illi cogitationes daemon dicens: Recede, nihil enim hic proficis. Senex autem dicebat demoni: Non audio te. Scio enim quis es. Ferre non potes, ut aliquis saluetur. Sed Christus filius Dei viui ipse te conteret.

*considera quod monachus, qui in solum deserit, diabolo rem gratam facit*

## CAPVT LXIII.

**D**icebant de eodem Abbate Stephano, quod cum sederet, & legeret, venit iterum diabolus visibiliter, dixitque: ei Recede nihil enim hic proficis. Tunc